

[Onufry Kopczyński]  
**Napoleonis Magni primogenito**  
**nato Romanorum regi carmen sacrum**<sup>26</sup>

Opracował Jacek Wójcicki  
Rękopis Bibl. Jagiell. BJ 5633

**Ad Augustum**

*Quinti Horatii Flacci epistolarum libro secundo epistola prima*  
Cum tot sustineas et tanta negotia solus,  
res Italas armis tuteris, moribus ornes,  
legibus emendes, in publica commoda peccem,  
si longo sermone morer tua tempora, Caesar.  
[Horat. *Epist.* II 1, 1–4]<sup>27</sup>

*Virgilius Maro — Ecloga tertia, cui nomen Palaemon, versu 70, 71*  
Quod potui, puero silvestri ex arbore lecta  
aurea mala decem misi, cras altera mittam<sup>28</sup>.

*Post geminos vates breve votum tertius offert*  
*ut pater et natus vivant, sors et decus orbi,*  
*quin manet emeritus sibi fulvo Caesar in auro,*  
*ut regi repetat natum pro Caesare carmen.*

Hic dies vere mihi festus atras  
eximet curas: ego nec tumultum  
nec mori per vim metuam tenente  
Caesare terras.

*Horat. lyric. l. III ode XVI [recte: Carm. III 14, 13–16]*<sup>29</sup>

---

sposób okrężną drogą wrócił do Warszawy.

<sup>26</sup> Rozczłonkowanie tytułu — akcentujące monarszą godność dziecka już od kołyski — za rękopisem; NB „*primogenitus natus*” to w rzeczywistości Aleksander Walewski (ur. 4 V 1810), oczywiście dla dynastii nieistniejącej.

<sup>27</sup> W anonimowym przekładzie XVIII-wiecznym z rękopisu Bibl. Czartoryskich w Krakowie, sygn. 1885, s. 107:

Cesarzu, co tak wielu prac ogrom sam dźwigasz,  
Zbrojny swobód Włoch strzeżesz, przeciwnych im ścigasz,  
Prawami uszczęśliwiasz, zdobisz w obyczaje,  
Przeciwko dobru świata grzeszyłbym, wyznaję,  
Gdybym ci długim dziełem czas ronił tak drogi.

<sup>28</sup> W tłumaczeniu Kajetana Koźmiana:

Menalkas  
Com mógł zebrać chłopięciu na leśnej drzewinie,  
Ślę dziesięć jabłek, jutro tyleż go nie minie.

(Wergiliusz, *Bukoliki. Bucolicon liber*, tł. K. Koźmian, z rękopisu wyd. J. Wójcicki, Warszawa 1998, s. 51).

<sup>29</sup> W przekładzie Józefa Epifaniego Minasowicza:

Dzień ten wesoly z trosek mię wyzwoli,

Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum  
desinet ac toto surget gens aurea mundo,  
casta fave Lucina! tuus iam regnat Apollo.

*Virgilius — Ecloga IV cui nomen Pollio versu 8, 9, 10*<sup>30</sup>

**Napoleonis Magni primogenito  
nato Romanorum regi  
carmen sacrum**

Caesare rege satus puer ac rex urbis et orbis,  
et patrem et matrem nitidis complexus ocellis,  
inde nihil metuens, quod ametur ab omnibus unus,  
vividus et fortis vultuque tenerrimus heros,  
5 Herculis ad normam serpentibus in caput hostis,  
corpore morbillis salvo formosior infans,  
qui bonus et morbis et debilitate carebit,  
pango, quo fulget tam nomine quam omine sospes.  
Napoleo Carolus fastis civilibus audit,  
10 iure aevoque potens magnorum imitator et haeres.  
Quis bifrons Ianus, quadrifroni nec datur impar?  
FONS SACER indigetes Laribus natalibus augens,  
nomen avi et patrui Romanas dicet ad aras.  
hinc, Francisce Iosephe, tuos ordire triumphos,  
15 hinc Augustorum teneat Concordia fasces,  
hinc torquatorum patrum de regibus ordo  
splendeat et populos moveat felicius augur.  
Spiritus ipse Dei, quo vita salusque vigeant,  
influet in mentem pueri mollemve iuventam,  
20 unde virile probos accrescet robur in annos,  
et virtus surget duris exercita rebus.  
Quis prior expediat pressas caligine terras,

---

Ni się rozruchów, śmierci bać pozwoli  
Gwałtownej, póki Cesarz trzymać wszędzie  
Rząd świata będzie.

(*Pieśni wszystkie Horacyjusza przekładania różnych*, t. 2, Warszawa 1773 [recte: 1775], s. 106–107)

<sup>30</sup> W tłumaczeniu Kajetana Koźmiana:

O ty, czysta Lucyno, chciej sprzyjać dziecinie,  
Pod którą nam dopiero wiek żelazny zginie,  
A z nowym rodem na świat złoty wiek nastanie,  
Sprzyjaj! Już twój Apollo objął panowanie.

(Wergiliusz, *Bukoliki. Bucolicon liber*, wyd. cyt., s. 57).

- qua latet ignoti fulmen tonitruve Gradivi?  
Filius ante patrem, sublimis in aethere globus,  
25 quem pavet ac oculum bovis alta per aequora Britto,  
stellatas cunas referens ad Orionis orbem,  
quo gladii pandit duo balteus astra paterni,  
sidus et Hesperiiis et sidus Francus Eois,  
praesefert animum, quem summo a numine traxit,  
30 lege fideque Pius, Felix, Augustus is idem  
nascitur Ascanio pater orbi lumen et ordo.  
Salve parve puer, Cyre regum maxime salve,  
quo Franciscus avus Lodoicae prole beatus  
aemula Iosephi patruī monimenta Viennae  
35 Parisiis mereat Traiano suppare mole.  
Salve spes populi, magnae spes altera Romae,  
quae alta trophaea tuo dat et immortalia patri.  
Arietis a signo clemens tua scepra potestas  
elevat et lugens sortem miserabilis aevi,  
40 lugens, ceu omnes, lacrimas ridentibus astris,  
ast querulo in Latium ducis paeane Camoenas;  
nunc audire mihi videor, quid lacrima dicat.  
Nascor, et erubui suffusum sanguine mundum,  
regnaque Neptuni non indignata Britannos.  
45 Damna fleo rerum, sed plus fleo damna dierum.  
Cur amissa dies abiit sine faenore fasti,  
vel perit aeternae fastus sine foedere pacis?  
Quid non mitescant divino codice mores?  
Des, ubi consistam, caelum terramque movebo.  
50 Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum<sup>31</sup>.  
Hanc molem rerum vix natus pusio tentem  
praecepto magni ductuve parentis ut heros?  
Me manet immensus campus, faciesve pericli.  
Venit ad occasum mundique extrema Sesostri<sup>32</sup>.  
55 Me superare decet tua fortia gesta Sesostri!  
Unde meos ducant populorum vota triumphos,  
dum socios natura pares ac ars mihi fingat.  
Barbara pyramidum sileat miracula Memphis<sup>33</sup>.  
Nec saturi paleis iactent Babylona labores

<sup>31</sup> Verg. *Aen.* III, 393

<sup>32</sup> Luc. *Bell. Civ.* X, 276 [ed. Oxonii: ad occasus]

<sup>33</sup> Mart. *Spect.* I, 1

- 60 quantumcunque Dii sudoribus aethera vendant  
 et iuga more boum nigros albosve catenent;  
 non ego terrores fucosque imponere natus,  
 auspex innubis veri rectique bonique  
 curas mitto: Deus nobis haec otia fecit<sup>34</sup>.
- 65 Hic labor, hoc opus est, deducere sidera caelo;  
 propitiumve Iovem populis ad vota precesque.  
 Ne vacet officiis pastorum formula regum,  
 principibus placiturus alar pastoribus Arcas.  
 Pastori primo vivam gratissimus infans
- 70 Musa, Palatini referamus Apollinis aedem<sup>35</sup>,  
 Francia quae lectos pueros formabit in aula  
 et quibus insignis dabitur custodia Lechus  
 Carpathiove mari clarus bimarive Corintho;  
 clarus ab Illyriae dux Vistuleove Vavello,
- 75 unde suae famae cunas deducere certat  
 longa Polonorum manus et distincta merendo.  
 Sarmatiae fines, populos, regna aemula Romae  
 Parisius morum fideique volumine tractat.  
 Fama fuisse Troes canit, illos posthuma virtus
- 80 qua pietas Romae, ius regum, Caesaris arae,  
 quisque tiro recitat quanta est sibi patria curae,  
 unde suae gentis schola princeps evocet umbras.  
 Filia dicatur Sorbonae Academia Craci.  
 Napoleonis abhinc cito crescet filia Magni,
- 85 dum suus Aonidum frater sub Apolline crescat.  
 His vitae sociis pueri recreabitur aetas  
 et placidi mores et candor et ardor et aequum  
 limitibus propriis, queis gloria terminus exit.  
 Itur ad Elei ter maxima iugera campi;
- 90 at socios reliquos patris comes ille relinquet,  
 celsa Latinorum relegens vestigia regum,  
 consilii nec inops nec aviti roboris experts.  
 Quos Mars absumpsit, reddet ratio studiorum.  
 Vir bonus et sapiens, qualem vix repperit unum
- 95 millibus ex multis hominum consultus Apollo,  
 non unus periit, perierunt millia secum,  
 ast obeundo pares patrio iubet orbe redire.

<sup>34</sup> Verg. *Ecl.* I, 6

<sup>35</sup> cf. Horat. *Epist.* I 3, 17; Prop. IV 6, 11

Sic redit in patriam Augustus felicior haeres,  
et proles antiqua redit concordia, virtus,  
100 et pudor et pietas alta cervice vagantur  
insignemque canunt Stygia de plebe triumphum.  
Vidimus ipsa Stygi liquidas delapsa per auras  
Iustitia insultat vitiisque a stirpe recisis  
elicit oppressas tenebroso carcere leges  
105 a praeiudiciis scenaeque forique specusque tribusque,  
quae Senecae vulgus vel dente vel ungue tuetur.  
Ipse bonae Caesar socios accedere causae  
gaudet et hostiles insultus tempore frangi.  
Nunc torrente recens vates eat Afer arena,  
110 cuius ad aspectum vel torva leaena pavescens,  
et catulos raptos caeca et spelaea relinquet.  
Orpheus hoc iterum cernetur Arion et aevo  
Amphione Thebis posituro moenia vate.  
Nunc quibus astra coli viguit non vana voluptas,  
115 Zodiaci signis addant inventa nepotum;  
quo ciet Uraniae numero vel nomine stellas?  
Vitrea Dollandi plano lens certet Olympo  
et doceat, quantam pascat Via Lactea gregem;  
ut cito discat aransve serensve metensve sibimet  
120 in sphaera caeli momentum solis et horas  
axe sub obliquo, quam respicit Uranus Arcton.  
Hic vertex nobis semper sublimis, at illum  
sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi<sup>36</sup>  
rideat et partim, partim veneretur Athenas  
125 qui voluere Solum ceu discum stare sub astris.  
Regis ad exemplum, terrae monitrice figura.  
Nunc systema tuum, Copernice! teste Marone,  
quae Sol signa dabit: Solem quis dicere falsum  
audeat?<sup>37</sup> ille monet tenebris evolvere lucem.  
130 Exue Caucaseum levis ad grave plasma, Prometheus,  
nunc chalybem et tuis de rupibus elice flammam  
nec tua dein saevus praecordia devoret ales,  
nec rota Solis abhinc nec te Iovis ira movetur,  
quin hominem formes non Pyrrhae aut Deucalionis

<sup>36</sup> Verg. *Georg.* I, 242–243

<sup>37</sup> Verg. *Georg.* I, 463–464

- 135 sed volucres interque feras qui tutior iret.  
 Accendat scintilla faces ad quattuor aras,  
 quattuor indigetum ad populi tot vota per annum,  
 tot patriae fastos, tot gaudia nata parentum.  
 Nunc, cui naturae triplex penetrabile regnum est,  
 140 lumen Aristotelis Linnaeia dissipet arte,  
 ad captum pueri linguae Buffonius auspex,  
 in volucrum voces et praepetis omina pennae,  
 in grave quadrupedum genus et circense theatrum,  
 inque characteres plantarum industrius auctor.
- 145 Custodire velint tot opes, quot germina Florae  
 parsuri nullis Europae sumptibus horti  
 libertate maris donec potiatur egestas,  
 nil et avarities in publica commoda peccet,  
 quae longo exhaurit discrimine sanguinem et aurum;  
 150 sed sua Taprobanes Latiis det cynamma lauris,  
 det Mocca coffeum, det saccara Mauro Otaheita  
 insula Pacifico super aequore plena furoris.  
 Regum de plantis lego bella cruenta: quot annis?  
 quot populis? quoties ferali Marte libatum?
- 155 Transmare et ad culpas causam dedit. Inde quid optem?  
 Omnis ut imperio parens ferat omnia tellus.  
 En vel aromaticus calamus vel beta Corinthi,  
 intibus unde genus plantae, species sua cicla  
 vel cichorea et teneris frondens lactucula fibris  
 160 iam favet et servit nostratibus obvia mensis.  
 Germinat et nunquam fallentis termes olivae<sup>38</sup>,  
 qua dulcem colit alma Minerva sub arbore pacem.  
 Mella Borysthenidum Pomona in saccar adurit,  
 mel ad Alexandri volat Arcton, Cauna quod offert,  
 165 tiliaceis examen apum qua regnat in hortis.  
 Carpathicis pinubus cedri sudare laborant,  
 iuniperi baccis turdus sapit, accola succo.  
 Aurea fors quernam glandem urere noverat aetas,  
 castaneis simili pro miti climate pulpa,  
 170 et Cererem et Bacchum disperso nectare legit,  
 quo sapiente pari Saturnus nec mare vidit.  
 More quid Oceani tot regna telonia mulctant?

---

<sup>38</sup> Horat. *Epod.* 16, 45

Quis tot et Europen limes discerpit in artus?  
Quae nova fraus firmae prohibet commercia terrae?  
175 Quid petis? ambrosiasne domesticus educet hortus,  
dummodo Fabricios imitari calleat infans?  
Vult Maro felicem fortunatumve nepotem,  
qui Georgica scripsit, is idem Aeneidis auctor.  
Nunc, quibus est animus fluviiis submittere petras,  
180 litora litoribus, per et aequora currere cymbis;  
festinent lente, plus quaerant nec procul ultra.  
Stat sat ab Herculeis hostes arcere columnis,  
stat sat ut in commune fluant sua flumina lucrum.  
Dantisci electrum, Cyrnaea coralia gemmis  
185 praecipiant, patriive soli tuantur honores  
cum sale Velicio septem miracula certent,  
qua Carodunacis Aurelius arcubus ibit  
quernam pro lauris circo formante coronam.  
Ocius ut pateant magnae molimina mentis,  
190 in mare qua septem sua distrahit ostia Nilus,  
seu sua Mercurius seu Mars ad munera classes  
instructas dubiis pelagi commiserit astris.  
Alter erit tum Tiphys et altera quae vehat Argo  
delectos heroas, erunt etiam altera bella,  
195 atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles<sup>39</sup>.  
Vive heros de Saix! vobis cano: vivite fortes  
fortiaque adversis opponite pectora rebus.  
Fors erit, ut regis simul ac adoleverit aetas,  
quando levis Tiberi colludet in aequore Thetys,  
200 moverit is Cybelen, quid non genus omne deorum?  
Hunc amet Oceani tanto regina sub ausu.  
Sunt sibi bis septem praestanti corpore Nymphae,  
quarum quae vultu pulcherrima, Deiopeam  
coniugio iunget stabili propriamve dicabit,  
205 aspera tum positis mitescent saecula bellis<sup>40</sup>.  
Scilicet ingenium patris Martem exuet armis  
qua Tagus aurifluus, qua Vistula Baltida frenat,  
qua Tanais discors et opus fatale Tamesis,  
uni concendent palmam tot flumina Rheno

---

<sup>39</sup> Verg. *Ecl.* IV, 34–36

<sup>40</sup> cf. Verg. *Aen.* I, 71–74

- 210 omnibus ut Sequanam Neptunus adoret in undis,  
 nec Byzantinos vaga differet hora curules  
 milleque velorum tormenta Propontide sident.  
 Tum Salii magnae repetent oracula matris  
 lustra urbis dominae ordino vesta in Caesaris astro.
- 215 Incipe, parve puer, risu cognoscere matrem<sup>41</sup>.  
 Hanc simul agnosti, tibi Sol et sidera rident.

### Ad Iulianum Ursinum Niemcewicz

*Horat. epist[olarum] l. I, Epist. VI ad Numicium Nil admirari v. 67, 68*

Vive, vale. siquid novisti rectius istis,  
 candidus imperti; si non, his utere mecum<sup>42</sup>.

- Nunc, Ursine, fave paucis pro cive Ducatus  
 Carminibus, qui orbis civis et urbis eas.  
 Sat merito splendere tuo te pacis amantem  
 Iam procul Americae Res Statuum memorat.
- 5 Unde quid incipiam, cui rarae nomine famae  
 Varsaviae doctus praemia coetus alit?  
 Coepisti qua finis erat. SAPERE AUSO sculpe numisma  
 Mentor et Arcadibus Musa novena refer.  
 Turbine, quo iactatus eras, iactatur et orbis,
- 10 Sed placidum portum vela secunda vident.  
 Queis non Uraniae tua diris devovet Anglos,  
 Qui pro Neptuno cum Iove bella gerunt,  
 Horror abhinc et turbo rotent et poena sequatur  
 Hos, quibus Oceani patria falsa tumet.
- 15 Vivere pro patria quibus haud est dulce, sit illis  
 Dulce mori bello, peste, fame, igne.

*Vale.*

<sup>41</sup> Verg. *Ecl.* IV, 60

<sup>42</sup> W anonimowym przekładzie XVIII-wiecznym z rękopisu Bibl. Czartoryskich w Krakowie, sygn. 1885, s. 33:

Bądźże zdrów. Znasz-li lepsze od tych tu zasady,  
 Udziel ich szczerze; a nie — idź za mymi w ślady.

\*\*\*

Za wszechstronną pomoc w ostatecznych ustaleniach pragnę gorąco podziękować wszystkim uczestnikom zebrania Zespołu Literatury Oświecenia na Wydziale Polonistyki Uniwersytetu Warszawskiego w dniu 27 IV 1998, a zwłaszcza Państwu: Ewie J. Głębieckiej, Barbarze Grochulskiej, Mikołajowi Szymańskiemu i Katarzynie Tomaszuk.